UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Divus Sebastianus Eberspergæ Boiorum Propitius, Seu Cultus Eiusdem Gloriosi Martyris à Prima Loci Fundatione Ad Nostra Usque Tempora Propagatus, Et Nunc Publicæ Luci Datus

Widl, Adam

Monachij

Protestatio Auctoris Juxta Decretum Urbani VIII. Summi Pontificis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37233

Visual Library

PROTESTATIO AUCTORIS JUXTA DECRETUM URBANI VIII. Summi Pontificis.

Cùm S.D.N. Urbanus Papa VIII. die 13. Martij Anno 1625. Decretum ediderit, idémq; confirmârit die 5. Julij An. 1634. quo inhibuit *imprimi libros hominum, qui Sanctitatis, ſeu Martyrij famâ celebres è vita migraverint, geſta, miracula, vel revelationes, ſeu quacunque beneficia, tanquam eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes, ſine recognitione, atque approbatione Ordinarij & quæ hactenus ſine ea impreſſa ſunt, nullo modo vult cenſeri approbata.* Idem autem Sanctiſſimus die 5. Junij Anno 1631. ita explicuerit, *ut nimirum non admittantur Elogia Sancti, vel Beati abſolutè, & quæ cadunt ſuper Perſonam, bene tamen ea, quæ cadunt ſuper mores, & opinionem cum proteſtatione in principio, quòd ijs nulla adſit Auctoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides tantùm ſit penes Auctorem.* Huic Decreto, ejúſq; confirmationi & Declarationi obſervantiâ ac reverentiâ, quâ par eſt, inſiſtendo, profiteor, me haud alio ſenſu, quicquid in hoc Tractatu refero, accipere, & accipi ab ullo velle, quàm quo ea ſolent, quæ humanâ duntaxat auctoritate nituntur, ijs duntaxat exceptis, quos eadem Sancta Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adſcripſit.

FA-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN